

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Prelacio o  
cum fontibus proximo et medio et primis

Et hoc est quod ait:

*Si quis desiderat episcopatum,  
bonum opus desiderat, [Hieronymus]  
opus vere, non dignitatem;  
laborem, non delicias;  
non crescere fastigio,  
sed humilitate decrescere;*

*Bonum opus desiderat.  
Opus, non dignitatem,  
laborem, non delicias,  
non crescere fastigio,  
sed humilitate decrescere,*

←

→

*si quis episcopatum desiderat,  
bonum opus desiderat:  
opus, non dignitatem,  
laborem, non delicias:  
opus,  
per quod humilitate decrescat,  
non intumescat fastigio.*

Hieronymus Stridonensis,  
*Epistulae*, 69.8.3 (CSEL 54,  
I. Hilberg ed., p.694, ll.17-19).

Opus uere non dignitatem,  
laborem non delicias,  
non crescere fastigio  
sed humilitate decrescere

ut fiat seruus et minister hominum propter Christum,  
ut intermissa Rachele decora facie

intret ad Lyam oculis lippam,  
de monte cum Moyse descendat ad campos,  
id est de ocio contemplacionis ad laborem actionis.

Ieronymus super illud: Si quis episcopatum desiderat,  
bonum opus desiderat.

ut fiat servus et minister hominum propter Christum,  
ut etiam intermissa Rachele decora facie,  
sed non relictam cum Jacob  
intret ad Liam, oculis lippam,  
et de monte cum Moyse descendat ad campos,  
id est de otio contemplationis ad laborem actionis.

Petrus Lombardus, *Collectanea in omnes epistolas  
Pauli, In epistolam I. ad Timotheum*, 3 (PL 192,  
col.342D-343A).

ut fiat servus et minister hominum propter Christum,  
ut etiam intermissa Rachele decora facie,  
sed non relictam, cum Jacob  
intret ad Liam oculis lippam,  
et de monte cum Moyse descendat ad campos,  
de otio contemplationis ad laborem actionis.

Walafridus Strabo, *Epistulae*, 1.3.1 (PL 114,  
col.628B-C).